

www.e-rara.ch

**Ioannis Oecolampadii, doctoris undecunque doctissimi, in librum Iob
exegemata**

Ökolampadius, Johannes

Basileae, mense Martio, anno 1532

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-73029>

Caput septimum

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ac torrida inueniētes confundantur, & probris se ulciscun-
 21 tur. Hisce torrētibus etiā nos recte compararim, qui uisa
 22 mea calamitate hac, sic attoniti estis ut ipsi consolatione ma-
 23 gis egeatis, quā ut consolatio à uobis sit expectāda. Quod
 24 tanto iniquius fuerit, quum ego nec diuitias, nec munera
 à uobis postulem, nec urgeam, ut capita uestra pro me hosti-
 bus obiectantes periclitemini. Gratificare mini, si me doce-
 25 retis, & sicubi errassem commonstraretis. Lubens enim, &
 26 magno cum silentio uos audirem. Sed ut uideo, non est
 27 quod iure taxetis, tantum autem, ut magna uobis, mihi nul-
 28 la sit authoritas, sophismata & argutias concinnatis, nunc
 palā conuitijs incessendo, nunc clanculo ladorijs pungen-
 29 do. Siccine amicum, ab omnibus derelictum, excipitis?
 Ceterum condonarim quidem quod peccatum est, obse-
 30 cro autem, ut adhuc æqui sitis iudices, et causam meam intro-
 spiciatis melius, uidebitis enim, quā chara sit mihi ueritas,
 minimeq; mentiar. Attendite oro, & ipsi iudicate, num iusti-
 cia patrociner, num ita desipiam, ut eblaterem quod non cō-
 uenit, uel quā loquar dijudicare nequeam.

CAPVT SEPTIMUM.

1 Disputationis tuæ scopus 3 eliphaces is est, omnibus affli-
 ctis maxime pijs, statutum esse suum tempus quo refocillā-
 2 dis sint, sicut mercennarius præstolatur uesperum, seruus no-
 3 & obligat, nunc autem uide ut mecum agatur. Mihi
 multi & perpetui in doloribus numerantur menses, qui
 nihil iucundi afferunt, mihi constituuntur noctes, omnis
 4 quietis nescia, multijugi laboris conscia, nullus arum-
 narū finis est, neq; die neq; nocte respirare datur, uexatibus,
 uermibus, qui in ulceribus scaturiūt, & totā carnē uestiūt,
 & affligente,

- 4 & affligente, quæ erumpendo scabiem liquefacit sanie, ita
intus forisq; crucior. Vnde fit ut noctu crebris uolutationi
bus illucescere diem optem, horasq; omneis suppurē, quot
sint usq; ad crepusculū. Vide igitur quā inique cum alijs
me conferas, quanq; imprudenter refrigerij locum pauperi-
bus qui affliguntur etiam in hac uita promittas, atq; quid lo-
qui dolor iubeat quā parū cogites. Et intollerabilis ille me-
us dolor iterum ad eiulandum me incitat. O deus, abrumpe
6 hanc uitam meam, ne sint mihi ultra tam fastidiosi dies, sed
radio textorio uelocius transeant, ne ultra cū mercenario ue-
speram, neue cū seruo sperem umbram, & deficient plane,
careantq; spe illa omni quam Eliphaces afflictis pollicetur,
7 quasi bona huius uitæ iterum uisuri sint. Quare obliuisceris
mei, cur nō recordaris & attendis uitam meam inanem esse
statum, quare mortem differis? Non est tanta uitæ huius dul-
cedo, ut propter illam diutius uiuere cupiam, in tantis dolo-
ribus, non precor ut ad fruendam huius seculi felicitatem re-
grediar, & amicorum me inuisentium, suauis consuetudine
refociller. Tibi facillimum est, solo uel intuitu, uel nutu me
8 hinc liberare, ut securus sim, ne posthac hisce amaritudini-
bus immiscear. Nā ut nubes si defecerit ac abierit nemini
est conspicua ulterius, ita palam est eos qui sepulti sunt, ne-
9 quaquā redire, uel pristinas domus suæ curas repetere. Ab
10 his precibus non desistam, non ut blasphemē, ut illi putant,
11 sed quoniā morbi uis imodica est, indulgebo dolori, & ama-
ram animā meam coram te effundam, si quo modo impetrē
ut eam hinc tollas. Recordare, quæ mihi uires sint, neq; em
12 ego ut me tēpestates, uel cete fluctuū uim ferre, solitus sū,
& custodiā mihi ponas, ut ex horū cruciatuū crebris procel-
lis emergam. Habet tamē & illa sua interualla, quibus re-
quiescūt. Ego autem nec in lectulo dormiturus solatūculū
reperio; nam & in illo exerceor, & si quādo diu desideratus
obrepit

obrepit somnus, idem mox uisionū terriculamentis rumpi-
 tur, quæ in tantū me concutiunt, ut anima mea optet ac pre- 14
 cetur, ignominiosissimo mortis genere interire, quā in mor- 15
 bidis, carneq; carentibus ossibus suis detineri. Quod si optio
 proponatur, uiuere malit an mori, uitā plane respuet ac ora- 16
 bit. Cessa, ne diutius me torqueas, dimitte me, quando qui-
 dē inutiles mihi sunt dies illi. Et miror supra modū, quū hu- 17
 mano generi optime uelis, multa & innumera illi beneficia
 conferens, quo nā consilio, & in quē usum, me afflictum ho-
 munculū tā opere conserues. Tanta cordis sollicitudine an 18
 xius es, ne qui peant: ut primo quoq; diluculo illos inuifas, &
 p singula momenta inqris, quid illis desit, mihi uero omne 19
 respirandi interuallū adimis, nec tantisper ab illa seuerita-
 te, qua in me animaduertis, declinas, ut uel saluā deglutire
 uacet. Obijciuntur mihi peccata mea, fateor me peccatorē. 20
 Sed o deus qui hūanī gñis seruator es & custos, qua ratiōe
 placabo te? sacrificia nō curas, ex meis infirmitatibus nihil ti-
 bi cōmodi accedit, nec qd tibi prastare possim uideo, ad tuā
 gratiā necesse est confugiā. Quid te iuuat, q pariter & tu mi-
 hi infestus es & ego mihi oneri sum. Grauat enim supra mo-
 dum quod te mihi succensere experior. Cur illi nō ignoscis, 21
 sed succēses, qui tibi aduersarius esse nō uult? Profecto si ira-
 sci destitisses afflictō, iam pridē uot cōpos, etiā ipse in pulue-
 re quiescens non ultra ad quotidiana flagella requireret, nō
 enim inter mortaleis inuenires, mane uisitaturus.

Vtinā appendendo] In hac oratione Iob se primū excusat, non se blasphemasse, sed doloribus ut sic loqueretur incitatū, et multis locis amicos officij admonēs ad misericordiā prouocat, utq; causam melius expendāt hortatur. Deinde respondet Eliphaz qui asseruerat iustos minoribus afflictōibus pro suis delictis puniri, quā Iob puniatur, statimq; iterū à deo resocillare ostendens quoniam scēū aliter agatur, ideo se deū orare, ut hinc sibi migrare sibi liceat, et precatur multis argumētis, totusq; in hoc est, q expediat sibi mori q sic uiuere.

Iudicis probimus.

2 Utinam appendendo] Aequo iudicio ait se facile à blasphemia vindicari. Probus enim iudex non tam uerba quàm mentē urget, nec solū attendit quid dicatur, sed etiā qua occasione quæq; dicantur. Iusta trutina & indignationis uerba, & indignationis materia, hoc est, doloris magnitudo ponderantur.

Indignatio mea] Expone: Stomachatio mea, & uerba quibus amaritudinem animæ meæ declaro. Alludit enim ad hoc quod Eliphaces obicērat: Stultum occidit indignatio התרה, corruptio mea, id est cruaatus qui sic me lancinant ac corrumpunt.

Arena.

3 Utinam appendendo appenderetur] Emphasis est καὶ ἐπὶ τὰς id est diligentissime appenderentur, & sic simul coram oculis trutinantiū & iudicantiū eleuarentur. Viderent utiq; illi quod dolor sua gravitate magis descensurus sit, quàm si omnis arena maris in illā lancem cōgesta esset. Arena enim maris in scriptura gravitate celebris est. Viderent etiam quod indignatio mea, hoc est, uerba indignationis meæ, in altera lance sic asandat, ut recte leuissime censcatur, & sicut Græcus habet: ἀλλ' ὡς εἰς τὴν τὰ πνεύματα μὲν ἐπὶ τῇ πύλῃ; Sed ut uidetur, uerba me a friuola, hoc est ἐν τῇ, contenta sūt: ut nos uertimus, absorpta, et nōdū satis pñūtiata, ita ut ferē uidecardixisse, tantū absū à blasphemia. Chaldeus inquit בגזון מילי אשת לחץ Ideo uerba mea lasata sunt, hoc est, aliorum pondere uicta.

Sagittæ dei.

4 Quoniam sagittæ dei] Multis modis ostendit, quod dolor præponderet, prius ab ipso aduersario. Dicit enim, pugnare secum non hominem, sed deum. Nolim enim hic exponere cum sancte, & Hebræis quibusdam. Sagittæ fortes, sicut alibi dicitur, montes dei, id est magni. Sancti enim tanquam de manu domini crucem suam suscipiunt. Auget autem hoc, quod aduersarius impetit armis sensibilibus. Dixerat Eliphaces: Venit ad te tentatio, & attigit te, quasi uulgaris esset tentatio. Huic dicto nunc occurrit: Ecce non solum tangit, sed uulnerat sagittis, ijsq; uenenatis ueneno, fortassis draconū fille, quod contactu, & sanguis fuit, & omnis spiritus ebibitur. Hieronymus sagittas illas uermes esse dixit, quæ in ipso scaturierūt. Ad hæc deus nō solum tela hæc in me iaculatur, sed etiam terrores eius, id est quicquid terribile habet in armamentarijs suis in me dirigit, quo grauius ferens, grauiora expectem. Et quis in illis nocētere queat? Ne quis pro eo quod Hebræi habent: Terrores dei

dei directi sunt in me, legi $\sigma\tau\alpha\rho\ \alpha\pi\ \rho\acute{\epsilon}\sigma\sigma\eta\mu\alpha\iota\ \lambda\alpha\lambda\epsilon\iota\psi\ \kappa\alpha\tau\omicron\upsilon\sigma\iota\ \mu\epsilon$: Quando
 apereo loqui, extimulabit me. Quasi dicat: Imputa hoc sagittis illis, quæ mihi
 hæc uoces extorquent.

5 Num rudiet onager? Arguit ab infirmitate aliorum, qui licet in minoribus
 queruli sint, excusantur. Onager & bos cum uenia rudunt ac mugunt cren-
 tes abis. Quanto maiore dignus est uenia Iob inter tot calamitates ciulans?
 Ciuilibus autem obliqua sugilatione taxat amicos suos, qui onagros & bo-
 ues roboris iactantia referebant, impatientes nonnunquam in minimarum re-
 rum penuria.

6 Num comedetur insulsum? Exaggerat, quasi dicat: Habetis in quos den-
 tes acuatis. Videtis enim quosdam non solum rudere ut onagros si abi desint
 sed etiam si quid condimenti abis defuerit. Est enim uidere tam delicatos ac im-
 patientes, ut in coquos qui parantes epulas, uel parum aberrant, multum seuiunt.
 In illos quis inuehitur? Ita mihi uidetur arripere corum quibus nonnunquam adula-
 tur superalios si illi ualde afflictorum censores, parcetes interim torosulis illis qui
 supramodum $\mu\epsilon\mu\phi\iota\ \mu\alpha\iota\ \rho\alpha\iota$: Alij referunt ad insulsa illa Eliphæus uerba, quæ
 si Iob dicat. Quis tolleraret stulta illa uerba uestra? sic & Græcus pro eo quod
 habemus: Nunquid est gustus in albugine uitellæ? legi: $\epsilon\iota\ \delta\epsilon\ \gamma\epsilon\upsilon\mu\epsilon\tau\epsilon\psi\ \rho\acute{\eta}\mu\alpha\tau\omicron\varsigma\ \sigma\iota\ \kappa\epsilon\upsilon\omicron\iota\sigma\tau$: Nunquid est gustus uerbis inanibus. Explanat autem ille magis quæ
 interpretetur. Est enim mens: Non sermone admonitionem uestram, cui nihil uel sani
 uel consolationis adiungitur: sicut enim insulsus abus, non oblectat, ita etiam inu-
 tilis sermo persuadat nihil. Vulgata editio habet: Nunquid poterit aliquis gu-
 stare quod gustatum afferat. Et quod sequitur: Animæ esurienti amara dulcia
 uidemur, neque enim in Græco neque in Hebræo reperi.

7 Quibus renuebat affligi? Alio argumento urget, quare mitius interpre-
 tari debuerant dicta sua, in quæ renitente natura, & inuitus prorumpat. Næ
 quum nihil æque hominibus insitum atque uitæ cupiditas, nunc mortem quæ natura hor-
 ret, morbo sic infestare, precatur: & sicut morbum non potest exatere a se, ita
 nec abominabile illud desiderium, quod suæ menti insedit, sicut egritudines
 carni. Exponunt enim tam Rabi Leui, quam Rabi Abraham $\sigma\eta\lambda$
 carnem uel cor pue, tamen si proprie abus sit. Verba Rabi Leui sunt:

Quibus noluit affligi anima anima mea præ nimis nausca & abo-

minatione, ea sunt sicut egritudines carnis meae. Eae praenimio dolore et egritudine concupiscunt, concupiscendo mirabile quiddam: Vtinam deus coneratur me. Nō ualde timē ab horreo si quis cibū legat: nā et Chaldaeus consonat inquit: וְהוּא בְּיָסוּרֵי לֶסְעֻרָתִי Et facta est abominatio in cibum meum. Et Graecus non abludit: οὐ δύνῃται γὰρ μου παύσασθαι φαγεῖν, Bromos γὰρ ὁρῶ τὰ σίτα μου ὡς τῶν ὁσμήν λιόντος.

Quod olim ita uerterunt: Foetidas enim uideo escas meas sicut odorem leonis. Et explicat Hieronymus his uerbis: Quia odor cum de eius uisceribus erumperet, escae suae id sapiebant, quod suarum spirabant interna fibrarum. Vnde etiam manifestius iterum ait: Halitum meum abhorruit uxor mea. Est autem apud Plinium et Aristotelem, foetere leonis halitum, et ex halitu eius foedum cibum relinqui. Id quod hoc loco tempestiue adnotat Brennius. Vide autem num Graeca lectio sic uertenda, et explananda sit, Video enim bromon cibos meos sicut foetorem leonis. Est enim Bromos iuxta Dioscoridē in libro 4, utilis ad emendandam oris graueolentiam herba. Et libro 2 frumenti genus, tritico simile folijs, solutis tamen genialis. Fuit autem Plinio teste Orientalibus non incognitum, sed frequens. Sensus ergo esse potest: Cibus meus qui foetidi erant, ut leonis halitus, uideo bromum gratissimum cibum qui foetori medeatur. Mors enim quae illi haecenus ut foetor leonis, nunc desiderata est ut bromos ac triticum.

Leo foetidū halitum habet.

Bromos.

8 Quis dabit] Appetitus ille, qualē medici βολισμὸν uocāt, in beato Iob hic erat, q̄ orabat totus conteri in hac uita dicit enim: quis dabit id est, utinā detur mihi abus ille quē oīs natura horret, ut deus sine omni misericordia me succadat, nihil hoc uoto gratius contingeret, conalescerem enim gaudens in dolore si non parcat, si cognouero illum esse letalem.

9 Et uelit deus] Alij legunt, ināpiat, deus, nam et Graecus habet ἀρξάμενος יָרַח Hebraeis utrunq; significat.

Soluat manū] Ne abscondat manū in sinu, sed extrahat, ne claudat et retri neat iacula in manu, sed aperiat, et ciaculetur quicquid habet telorū ad sauciādū me. Nā ego me ipsū deducere ex hac uita nō debeo, neq; possū, ipse me educat.

Et proderit mihi] Sic nobiscū Chaldaeus יְרֵי עֲתָרָי Et dabit me. Et in hanc sententia intelligas etiam quod Graecus uertit εἰς τέλος δὲ μάλιστα

ἀνελεῖτο

ἀνελεῖτω. In finem autem me non perimat. Sic uertit Ambrosius de interpel-
latione. Mihi sane uō uidetur hic ad futurā uitā respiciat, sed pro diuitijs ha-
bet, et nō māxīe calamitosus, aliquādo uita hac defungi. Nō me in finē pimat. i:
si me occiderit, magnā gratiā assequar. Alij uerterūt hic בְּעֵינַי cōsumma-
bit me. Verū ego nō temere uel Græcum uel Chaldæum interpretem reieci-
rim, sed conciliare cum hebraica ueritate studuerim, quantum fieri potest.

10 Et esset adhuc cōsolatio] Mira in hoc uersu interpretū uariatio. Græcus:
ἔτι δὲ πόλεος μου τὰ φῶς. Eset aut ciuitas mea sepulcrū, hoc est quiescerē.
Legit nimirū ille עִיר ciuitas me a pro עוֹר adhuc, מִבְּחֵיתִי quies mea
uel seculum meum pro חֵיתִי cōsolatio mea, per trāspositionem litera-
rū. Sensus tamen idem est.

Et saltarem in gaudio] Sic mecū exponit R. Abrahā, dicit enim: וְאֶסְלַח
לְשׁוֹן רִסְרוֹס וְתַנְחֵן בַּחֵילָה לְשׁוֹן שְׂמֵחָה מִן לְחֹל בְּמִחָה
לֵוִית, uacellō exponitur saltatio et motio, et behillo exponitur in gaudio,
à hol ūde et maholoth musica instrumēta. Alludit aliquomō ei Græcus sic uertēs
ἐφ᾽ ὅς ἐσσι τεῖχεσσι ἁλόμεν ἐπ᾽ αὐτῆς. In qua super muros saltabā in illa.
Vult enim supramodū exultare, sicut q̄ sup muros euadēs trāsilit liber ac tu-
tus ut in Psal. In deo meo trāsgradiar murū. Pulchre ac dilucide mentē expli-
cat, etiā Zuinglius: Quod mihi solaciū afferreret ac gratiā ūa cōtionē Græcus:
חֵיל muros uertit, nā et antemurale significat חֵיל. Idē R. Abrahā adno-
tat aliā expositionē, quā pleriq; pbāt, hoc est cōcalefierē in dolore, dicit enim
= לְשׁוֹן רִסְרוֹס וְתַנְחֵן בַּחֵילָה לְשׁוֹן שְׂמֵחָה et erit uacel-
lō expositio p calefactionē et holo p dolorē. Chal expoīt אֶבְרַע בְּרִתְיָתָא
et ebullire in feruore. Lutherus et Brētius: Et obsecrare in dolore meo, ut nō
parceret. Primā expositionē ego pbarim. Modo nō parcat] Etiā hoc Græ in
prima persona dixit: οὐ μὴ φῆσ' οὐαί; nō parcā uel nō abstineā, sed libere ac
fidēter loquar: atqui tutius est hebræā lectionē præ oculis habere.

Quia non negaui] Græcus, οὐ γὰρ ἐψεύσαμην "φῆντα ἀγία τοῦ θεοῦ
Nō enim fefelli uerba sancti dei. Quod latina editio explanat, dicens: Nō con-
tradixi sermonibus dei, hoc est, etiam si deo uisum fuerit ut moriar, minime cō-
tradica, proinde nec modo sic intelligēdi sūt sermōes mei quasi blasphemii sint

Quæ uirtus mea] Aliud argumentū ab infirmitate sua, quod aliter loquēdi

Ab infirmitate
argumentum.

uires & gratia negatæ sint. Recogitate, inquit, quàm sint exiguæ & imparës doloribus istis uires meæ, & quàm nihil sit mihi sperandũ etiãsi productior fuerit uita meâ. Neq; enim adamantinus, uel Chalybeus sum, ut hæc non offendant. Ignorã ne uobis humanæ naturæ paruitas?

Sapientia discer
endi.

13 Nonne ita est? Quoniã diatris me peccator ẽ, & sic supno destitutũ auxilio, confectaneũ fuerit, etiã omnes uires meas ablatas. Vnde impossibile mihi fuerit, aliter agere ubi חַיִּים exposui facultas. Chaldeus habet: Sapientia es fugit à me. Est autẽ sapientia discernẽdi iuxta R. Moysen, quasi diceret, tantus mihi dolor est, sublato auxilio, ut nõ permittatur mihi tanto tẽpore respirare quo recogitem quid nã deo gratius. Quid sit חַיִּים supra explicatũ est. Zuinglius euidenter & scilicet, ut omnia interpretatur: Annõ omnis conã di uis fugit à me? Græcus hic habet. ἡ οὐκ ἔστι αὐτῷ ἐν τῷ ποταμῷ βοῦθεῖν. ὁ δὲ αὐτῷ ἐμὸν ἀπεστῆ: Num in ipso confidi, auxiliũ autem à me abest. Apparet quod in ipso, referatur ad uirtutẽ, hoc est, nũquid in ipso quod tam robustus sum confisus fui, & inde omni auxilio destitutus sum, despectũq; me deus. Iungitur enim apud Græcos etiã sequens uersus. Sed referatur ad deũ, quasi dicat: deus in quem confidi auxiliũ suũ amouit à me, ut respondeat tacita obiectioni. Humanæ quidem uires infirmæ sunt, sed si confideres in domino, ipse te iuuaret. Cessat hæc obiectio, nam & cõfidens in domino, relinquitur in tanta miseria. Hiero. legit: Necessarij quoq; recesserũt à me, respiciẽs ad sequẽtia.

Fucati amici aq̃s
simillimi.

14 Tribulato à socio suo] Hactenus excusauit sermones suos, nunc oburgat amicorũ inmisericordiã, sumpta à torrentibus similitudine pulcherrima. Illi enim tẽpore hiberno, quo nemo ab illis refrigeriũ querit, abundat glacie ac niue: æstate autẽ quãdo ab eis aqua queritur, aridi quærentes uotis frustrantur: sic & fucati amici in necessitate fallũt. Admonẽs igitur illos officij sui. Tribulatus habet à socio suo gratiã, id est, misericordiã, & cõsolationẽ, sed pro dolor, hodie nullus est timor domini, et ideo nõ est mirũ si nec charitas, quæ timori dei cõiuncta est, uiget. Fuiſſet ſane beato Iob beneficij loco, si amia dicta eius cãdide interpretati eſſet. חַיִּים id est, dissolutis doloribus à חַיִּים quod est dissoluit, liqueſcit. Alij deducũt à חַיִּים tributo, id est uexato et onerato tributis. Quidã per gratiã intelligũt ἀντιπαρὲς ὡς uiluperiũ, quasi dicat: Est ne hæc gratia quã rependitis amico, uidẽtes me in tamis necessitatibus cõstri-

ctum

Etiam, ita ne mea dicta exapitis. Est ne hæc amicitia, profecto magna crudelitas est. Græci superioribus iungūt, ut dictū est, legūt enim: ἀπελπίσας ἐμὴν εὐσφίαν, ὡς ὁ πῶν δὲ κυρίου ὁ περὶ τοῦ με, Negata est mihi misericordia, uisitatio autē domini despecti, me. Hoc enim nō solū non adiuuat me deus, sed etiā nec uisitare nec miserere dignatur.

15

Fratres mei false id officij quod amicis tribulatis debetur, amici mei nūc negligūt, non inquit fratres, re ipsa hostes, absq; misericordia, tanquā ignoti prætereūt, similes torrētibus à quibus nulla utilitas & multū incōmodi. Sicut enim illi rapido cursu, ita hi ficti amici constantiā nesciūt. Similitudinē multis uersibus textit, nec est intellectu difficilis, modo recte proponatur. Interpretes tamen Græci & Latini nō nihil obscuritatis inuexerūt. Chaldeus hic חפצו נחלים exponit מפסגות בצירי נחלים erupentes rivi fluminum summi autē מפיסגות ualles plenæ aquis. Græcus exponit κύμα: fluctum, de-
Aphiltm.

16

Horrescāt à glacie] Torrētes cōgelascūt hyeme & obtegūtur niue, flante uero austro liquefit glaciēs, & recedūt. Obsurat hanc planā sententiā quod uulgo legitur: Qui timent pluuiam irruet super eos nix. Quæ lectio cū expositione uulgata hic non quadrat. Tolerabilius est quod Græcus enarrat, nō enim interpretatur οἱ τινὲς με διηλυθα βροῦντο νῦν περὶ τοῦ τῶ καὶ ἐμὲ, ὡς περὶ χιῶν ἢ χιρῶν αὐτοῦ περὶ γῶν, καθὼς ταπεινὰ θέμενος γενομένην οὐκ ἐπεγνώσκει ὡς ἡμῶν τὸ καὶ γὰρ κατεβέβηκα ὑπὸ τῶ ἀντιπρὸς ἀπὸ ἀλόμων δὲ καὶ ἐξοικος ἐγὼ γινώσκω. Quotquot mercuerēt tractabāt, nunc irruerunt in me, sicut nix uel glaciēs compacta, quemadmodum liquefacta calore facta non agnosces id quod erat: ita & ego deprehensus ab omnibus, perij autem, & ē domo eiecctus sum. Tolerabilius, inquit, explanant quamuis & ipsi à genuino sensu recedant. Nam quæ Iob in amicos dicit, ille in ipsum Iob transfert. Falsi enim amici Iob crant, intus uere horridi glacie, & foris simulatione candoris tecti diffugientes, & ab omni humore gratiæ alieni, ubi ignis persecutionum exarsit, ut Ecclesiastici sexto: Est amicus socius mensæ, & non permanet in tempore necessitatis.

Græcus

Græcus autem comprat ipsum Iob niui & glaci, quæ diffuit in calore & non ultra agnoscitur.

- 81 Transibunt semitas] Exundabunt & à semitis declinabunt, adeoq; solitudines fluent, diffundendoq; se quia non sunt perpetuæ aquæ, dilatentur & euanescent.

19 Respexerunt scruias] Qui ambulant in uis Teman uel Seba quæ in solitudine & propè illam, dum sperant se in æstate sitientes inuenturos aquas, ueniendo ad locum aquarum, quia spe frustrantur, confunduntur. & præ impatientia exprobrant. Porro auiliter perstringit amicos, ad quos ipse respexerat, ut aquam consolationum suppeditarent, sed se confundi. Erat enim Eliphaes Temanites. Sperarunt ea] Flumina saliat.

- 20 Confusi sunt quod sperauit] Sperauit intellige mens uel cor eorum, uel sollicitas. Chaldaeus dixit, sperauerunt. Venerunt usq; ad illa] intelligo fluminum loca. Chaldaeus dicit אֶתְּלִבְנֵי uenerunt ad foueam eius. Exprobauerunt] Sanctes & Brentius una cum latina editione uerterunt, pudore affecti sunt. Chaldaeus autem quæ sequor אֶתְּלִבְנֵי Volunt e nim hebrei uerbum אֶתְּלִבְנֵי pone pro אֶתְּלִבְנֵי per literarum transpositionem. Græci aperte in secunda persona hæc contra amicos agunt ἴδετε ὁ θεὸς θαυμασῶν ἑταίρων σου δὲ σαβαῶν οἱ διορίζοντες καὶ αἰσχύνειν ἀφελήσουσι οὐδὲ ἰὼν ὠόλεσι καὶ χρήμασι πεποιδότες, Videte uias Themanitarum et semitas Sabæorum qui diiudicatis. Et confusionem debebunt, qui in ciuitatibus & pecunijs confisi sunt. Aldinum exemplar habet διορίζοντες: despicientes, hoc est diuersa spectantes hinc & inde unde nam salus a sit, expectantium more, ut respondeat hebraico uerbo קָק quod est expectauerunt, iuxta illos igitur mens Iob est. Omnes eiusmodi confundendos qui amici sunt, uel ob munitionem & societatem ciuilem, uel ob lucrum temporarium. Vi dete ait quò ferant illos uie sue, qui sine timore dei fictos amicos agunt.

- 16 Itaq; nunc facti estis] Aptat similitudinem, quasi dicat: Recte uos illis torrentibus comparauerim. Timetis enim & uos in confectione mea, nihilq; cõsolamini. Hebraica exemplaria uariant, alia habent הָאֵל alia uero אֱלֹהִים. Inde uarie

me quasi in uentum loqui, utpote uirum desperatū abominabilem ac nihili, ut uerba uestra multū authoritatis habeant, mea inhil. Græcus me in secus extulit, nescio quid legēs ita uariatur: apparet absq; pñctis olim fuisse biblia, et parum distincta, ita enim diāt: *ὁ δὲ ὁ ἐλεγχος ὑμῶν ῥήματα με πᾶσαι, δὲ γὰρ ὑμῶν φθίγγα ῥήματα αὐτῶν ἀνέξομαι*. Neq; reprehensio uestra, uerbis me quietum reddet, neq; enim ego loquutionem uestorū sustinebo. Miior in tam diuersa lectione dignitatem sensus non adulterari. Est enim sensus: Arbitramini me. tam obturatum esse, quod reprehensio uestra me non quietum reddat, nec proficiat, et ego illam non feram.

Verba fouæ et laquei.

27 Quare super pupillum] Agitis itē mecum subdole quāuis pupillus et affictus sum ab omnibus derelictus, quamuis et amicus uester. Projatis enim intellige laqueos et fuditis fouas, projatis palam, fuditis clam. Quid enim sunt uerba uestra quam laquei et fouæ, uel captiuinæ et sophismata, hoc est auilli.

28 Et nunc uelitis] Post iustam obiurgationem hortatus ut adhuc idoneos iudias, ac auditores prestant, ne auertant faciem, sed conuertatur, et aspiciant cum beneuole audiendo, et considerando, num inique agat uel loquatur, uel meditetur. Vnde iterum se exasat alienum à blasphemia, et in uerbis quoq; innocentem se testatur *ἡ ἀλήθεια* non est inapiendi sed uolendi uerbum, et quibusdam obsecrans uox putatur. Vultibus uestris non mentiar id est, coram uobis. Græcus: *παρρησιάζομαι* hoc est, libertatem loquendi quæ est iudicium ueritatis ponit dicens, *νῦν δὲ ἐισβλέψατε εἰς τὸ σῶμα μου* et *ἐνέστωμαι*, nunc autem aspectis uultibus non fallam, hoc est, libere uera loquar.

29 Conuertimini oro] Græcus iterum allusione uocule alterius nouum sensum facit, pro Conuertimini enim habet *καθίστατε* sedete. quum Hebræus habeat *שׁוּבוּ* non *שׁבוּ* Quadratur tamen, ut sedcant, et pacatis affectionibus iudicant.

Ne sit iniquitas] Ne sitis iniqui male iudicando.

30 Conuertimini adhuc] Græcus: *καὶ πάλιν τῷ θεῷ καὶ ὁμῶς ἐνέρχεσθε* Et iterum congregiamini cum iusto.

Iusticia me

Iusticia mea in ea] Per ellipsin intellige in ea respōsione manifesta erit.

30 Num sit in lingua] Satis apparebit me ex amaritudine, ac doloribus loqui, eo quod modis omnibus destructus ac corruptus sum. Alij exponunt, nū medietur frivolum. Sensus autem est. Nondum ita infectum est mentis palatum, ut inter iustum & iniustum nequeat diiudicare.

CAPVT SEPTIMVM.

1 **A** Non tempus] Quoniam Eliphacis scopus erat bonos quidem affligi in hac uita, sed & in hac uita liberandos, et resocillandos, nā si de futura loqueretur, non posset taxari. Verum Iob ob perpetuas calamitates ut impiū condemnabat. Nunc igitur ei respōdet Iob, se innocentem crudari sine fine, nec sibi mortem contingere: Proinde ab eo iure inuocari mortem. Et idcirco suam tragediam iterum instaurat. Dicit igitur: Tu quidē dicist afflictiis esse statutum tempus afflictionis suae super terram. Dixisti enim: Dominus sanat, dominus obligat, sic & mercennarius per aeternam die ad uesperam quiescit, & mancipium in umbra latet, et ipse quoque, sicut mercennarius expectat aliquam operis remunerationē. Domini enim seruos etiam muneribus alliciunt. Vbi autem mea quies? In hoc primo uersu orta est uarietas lectionis ex ambiguitate uerbi צבא quod significat, & turbā militum, uel exercitum, & tempus statutum: Hebraei commentatores quotquot uidi exponunt tempus statutum. Chaldaeus autē מלחמא id est, exercitus uel militia. Habent enim & militis tempus quando receptui canunt, & in castris se continent quieti. Graecus secus dicit ποταμοῦ οὐχὶ ποταμοῦ ἐστὶν ὁ βίος ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς. Nūquid non tentatorium uel ut Ambrosius habet tentamentum est uita hominis super terram. Quae dicta si recte & apte posite exponere uolueris, non tam respicies ad tribulationum multitudinem quae in hac uita quam ad quietem. Siue igitur de militibus siue de tyronibus qui in palestra exercentur ac probantur dicas, attendes quod & illi suā quietem, quam sibi negari, queritur Iob habet, nō enim dicit, perpetua est nuditudo, tametsi reuera nihil quietis habet haec uita. Est & aliud uerbum nempe שׂוֹנֵא ambiguū, & nūc afflictiū, nūc hominem significat. habet autem Chaldaeus שׂוֹנֵא filius hominis.

2 Sicut seruus absorbet] Vmbra quā seruus absorbet ac immodice desiderat, noctem non inepte exponunt quā à labore quiescit, licet quidam

N 2 de fugitiuis

Vita hominis
perpetua militia

de fugitiuis seruis intelligant sequentes græcū dicentem ὡς περ θεράπων
 δὲ δαυκὼς τοῦ κυρίου αὐτοῦ iuxta modum seruis timens dominum suum
 Opus suum. Id est, mercedem operis, uel absolutionem operis.

3 Sic hæreditui mihi] Alijs quidē sua quies datur, mea uero fors multo
 grauior est, nullū mihi quietis statutum est tempus, tardior adest uesperrugo,
 non cōparet umbra. Multis nunc mensibus miser fui, deq; mense in mensem
 præstolor, & nihilo melius habeo. Vani sunt menses, nullā enim mercedē acci-
 pio uel resōcillationē, & noctes laboriosæ sunt. Menses alijs afferrunt ueris
 amenitatem, mēsis & uindemiæ copiam, & hybernā quietem, ego autem
 quid præter ærumnas & σφαικλαὺς inde reporto.

4 Iacens dico] Hebraice ad uerbum, Si iacui & dixi: dicere uult, suā qui-
 etem aliorū laborū magis irrequietam, noctu iacens horas et momēta usq; ad
 diem supputat, & cor eius etiā inter diu metitur tēpus usq; ad uesperam: Et
 ut Græcus quādo surgo, dico quādo uespera, satiorq; uolutationibus, dum hinc
 & inde de latere in latus me moueo, id quod solēt homines quietis expertes
 Græcus. plenus autem sum doloribus à uespere usq; ad mane, דרדרר
 Heb. à ררר recessit: alij et posuerunt abominationibus: Sanctes, euagatio,
 nibus, proprie autem commotiones sunt de latere in latus.

5 Induit caro mea uermem] Alius unius pulicis morsificatione noctē inso-
 mnem ducit, mihi autē quæ potest esse quies, quū totā carnē uerme, id est, mul-
 titudine uermiū tego, fluitq; sanies quæ sordem pulueris id est, scabiem lique-
 facit. Insuper & cutis hifcit ac corrupta est, sic exponunt ὡς ἡ δὲ Γρα-
 cus ita explanat φόρεται δὲ μὲν τὸ σῶμα ἐν σαρκὶ σκλήκει, τὰ κῶ δὲ
 βόλακες γὰρ ἀπὸ ἐχθρῶν ξύων. Fermētatur autem meū corpus in pu-
 tredine uermiū, & liquefacto glebas terræ à sanie radens.

6 Dies meliores sint] Hic quibusdā uidetur Iob, blasphemus totus,
 desperās & resurrectionē negans. Sed astipulari illis non ausim, possēmq; illis
 respōdere ut supra, quod inter disputandū suam personā seruet, dicens quæ
 postea emēdaturus sit. Malo tamē hæc legere ἐν τῇ ἑκκλῳ, ut hic cōuertat se
 ad deū, usq; in finē sermonis orans, ut exire ei ab hac uita liceat. Nec me mo-
 ratur,

ratur, quod hebraei in praterito legūt. Dies mei leuiore fuerunt. Iā enim monuimus frequentē in hoc libro esse ἐναλλαγήν, temporū, modorū & numerorū. Attendendū autem magis ut singula cohercāt, iam si asserat dies tam uelociter preterisse, quare premisit. Iacens dico, quādo surgā, & cōqueritur productiores noctes, dissidebit uersus ille cū superioribus. Quod si orantē fecerimus, quadrabit cū eo quod antea dixit. Velit deus & conterat me, soluat manū suā, & proderit mihi, & approbabit quae sequimur. Etiā quia Eliphaces retributionē quandā pijs qui hic affliguntur promittebat, licet poenam peccatis suis imputare debeat, respondet inter orandū Iob, quod mori malit, quā cum tantis doloribus talē quandā sperare & accipere mercedē. Dicit igitur. O deus cōtere & abrūpe hanc uitā, ne sint mihi ultra tā fastidiosi dies, sed potius transcant radio textorio uelociore, & deficient atsq; spe illa quā promittit Eliphaces, ut uideā bona in hac uitā. Vmbrā illā si licitatis tenuem in hac uitā cū tantis doloribus non opto. Non est haec uox tā impia, ut illi uolunt, cō quod antea testatur sibi ablatū resistendi auxiliū, seq; ad imperiū & uim sagittarū quae extimulat loqui. Sed nec propterea negatur resurrectio. Cogita enim uel aliū in tātis doloribus, qui uere credit resurrectionē, & dicentem. Vtinā peracta esset tota huius uitae fabula. Vel si dicat. Ab hac hora nō uidebo uos ultra, neq; uos me uicissim, nō propterea desperauit, neq; resurrectionē negarit, de qua nō est disputatio, sed de praesenti disputatiōe, quā agat, uerba intelligerentur. Graecus hic legit ὁ δὲ βίος μου ἐστὶ ἐλαφρότερος ἀλγῶσ. Vita autē mea melior est sermone. Ambrosius legit familiā: fortassis fabula.

- 7 Recordare quod uentus] Ut precū fiat compos, uarijs argumētis instat. *Humanae naturae fragilitas.* Primū humane naturae fragilitatē in alijs pretextit. Recordare ὁ deus, quare nō attendis, quā nihil sit uita mea: Est enim status inani & perire potest statu minimo, quid igitur illi parcis. Magna existimatur huius uitae dulcedo, dum ea quae in mundo sunt uidemus, oculos pascētes & cū amicis cōueniētes, & nō est tāta ut propter causam tātos cruciatus diutius ferre eligā. Nō oro ut reuertatur oculus meus ad uidenda bona huius uitae. Sic etiam Psalter intelligit; Credo uidere bona domini in terra uiuentium.

- 8 Ne uideat me oculus] Nō oro, ut diutius familiāriter uinā inter eos, qui

N. 3. nunc me:

nūc me uident, alij intelligunt de oculo dei, sed minus quadrat, mox autem de deo loquitur: alij autē dicūt qd' de se ipso loquatur, qd' et ipsum minus quadrat.

9 Oculi tui in me] Admonet deum potentie sue, quod solo oculorum nutu et aspectu tollere queat, ita ut omnino non sit, et ab his doloribus ac cruciatibus liber fiat. Respice tantum me, et non ero.

10 Defecit nubes et abiit] Sicut nubes quā depluerit ac transierit nō uidetur ultra, ita qui illatus in sepulchrū non ascēdet neq; regreditur in domum uā. Ceterū hoc resurrectioni nō praeiudicat, nō enim hic est sermo de efficiēcia spiritus, sed loquitur de natura hominis. Vnde doctē annotat hic Rabi Abraham. על דרך שאמר דוד רוח חלך ולא ישוב בקבא ובכר יש תחיית המתים והוא בעצמו אמר במקום אחר השלח רוחי יבראנו והורש פני ארמה. Quomodo dixit Dauid. Spiritus uadit et nō reuertetur i natura. Et nihilominus est uiuificatio mortuorum. Et ipse in persona sua dixit in alio loco. Emittere spiritum tuū creabuntur, et innouabis faciē terrae. Ceterū et Iob infra certa spei resurrectionis iudicia profert, Hec igitur de natura hominis, qualis nunc suo ingenio est intelligentur.

11 Ego nō cohibebo os meū] Nititur etiā improbitate precū, à quibus cessaturus nō sit donec exaudiatur. Sic ego libentius dixerim, quā ut faciam pro libidine obmurmurātē deo. Hortatus illū erat Eliphaces ad preces, has qui de se facturū se dulo ait, et effusurū amarā animā. Nō ut ille cogitabat uitae longitudine, sed breuitatē quæsiturus, neq; hic felix uiuere, sed à doloribus eripi desiderās. Graecus quidā sic annotauit. τοι γὰρ οὐκ ἔστιν ἐφ' ἡ συχνησόμεαι ἀλλ' ἐύξομαι καὶ δευθίσομαι συνεχῶς, καὶ εἰς ἡκετέρῃα πρὸς βελούμαι τὴν πικρὴν ψυχὴν καὶ τὸ ἐντελὲς τῆς φύσεως. Igitur inquit nō tacebo, sed orabo et obsecrabo cōtinuo, et ad preces adiciā amarulenta animā meā, et contēptibilē naturā meā. Nec mirū si occurrūt expostulationes cū deo: id enim nō est rarū in sanctorū precibus, ut testatur psalmi.

12 Nūquid mare ego uel cetus] Hoc argumētō etiā supra usus est cōtestans cruciatus illos suae infirmitati impares, ac dicēs. Nūquid uirtus adamantina mihi, uel aro chalybea. Sic et hic, nūquid ego tāti impetus sum ut mare, uel tā indomitus ut cetus, qui sic cōstringar huius uitae athena, et aī tantā aīte dīa adhibeas,

Expostulationes
sepius in pre
cibus sanctorū.
cū deo occurrūt.

adhibes, ne ab his procellis erui queā. Cōstituit autē deus terminū mari, quem nō transgreditur, & similiter cetus semotiores secessus in profundissimo oceano. Huc autē spectat similitudo, ne sim alligatus huius uitæ amaritudinibus, quibus sum impar, sed hinc migrare liceat. Chaldeus. Nū siat Aegyptij quē submergēdi erat in mari rubro, de beo ego, nū siat Pharaō qui suffocatus in medio eius in peccatis, quod posuisti a se, quasi dicit. Nō licet mihi euadere hos fluctus. Græcus pro ceto draconem dicit. Onkelus leuiathan.

- 13 Quando dico cōsolabitur] Repetit quod supra, dixerat sibi, nec die
 14 nec nocte quietem dari, & in hoc se ceteris dissimilem, ac miseriorē, propter
 15 reāq; maiore misericordia dignū. Quoties enim inquit confido leuādas curas
 meas ad quod somnus datus est homini, & siquidē uel minus obrepit, nō sa-
 tis est me uermibus uexari, quin & tantis uisonū terriaculamentis examinor, &
 subito cuiuslā ossa sic cōcuciantur, ut anima mea eligat strāgulari, quam in
 tam male affectis ossibus uiuere. Hæc autē dicēs nō addit decreui mihi cōscis-
 cere mortē ignominiosā, id quod desperātis esset. Sed si optio daretur, nullū
 mortis genus quis fœdū & acerbū detrectaret, modo liberetur, Græc. XV
 uersus sententiā aperte orationē esse uult, dicēs ἀπαλλάξαις ἀπὸ τῶν ἐν
 κατὸς μὲς τῆς ψυχῆς μου τὰ δὲ θανάτου ὅσα ἐμὸν. liberalis à spiritu meo.
 animā meā; p; mortē, ossa mea. Aldus enim & alia quedā exēplaria habēt
 ἀπὸ δὲ θανάτου, à morte autē. Vocat autē strangulationē à spiritu libe-
 rationē animæ. A dnotatū autē reperi Scholion. εἰπε τὴν συμφορὰν καὶ
 ἤκουε θάνατον οὐκ ἄδικον φησιν εἰ θνήσκω ὡς θάνατον ἐρῶ οὕτω καὶ
 μαυνοῦσ' ἰκέτευσε εἰ οὕτω μοι μέλλεις ποιῆναι ἀπὸ τῶν ἐκείνων.
 Dixerat calamitatem & petiuit mortem. Non iniustum inquit, si mortalis
 existens mortem peto. Sic & Moyses orauit, si sic mihi facturus es, occide me.
 Renui & non in seculum] Absit ut uitā quā deprecor eligā, ne mihi offe-
 ratur uita, cuius me prorsus tedet, offer potius ignem uel laqueos.
- 16 Cessa à me] O deus, hanc misericordiam peto, ut ne sustinentes me ultra,
 nihil enim mihi præter uanitates ac ærumnas reliquum. Græcus, clarius di-
 cit, Recede à me ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ.

Quid est

Prouidentia &
benignitati dei in
dicia.
Initia humane
dignitatis.

17 Quid est homo] Hic iterum blasphemias querunt, & diuinā prouidentia negatam uolunt, quā tamem mire approbat, & inde potissimum deū ut se exaudiat prouocet. Dicit: quum semper tibi magnæ curæ sit hominū genus, quur nunc solitā beneuolentiā retrahis, & tantillum beneficium afflicto denegas. Multa sunt uobis proposita benignitatis tuæ erga nos exempla, tā & si nihil simus, nobis cœlum & terrā condidisti, nobis cœlum luciferum aërem temperatū, Aquas negociatrices, terram fecundam, iumenta serua fecisti. nobis imaginē & formam cum corporis tum animi nobiliorem indidisti. Et hæc quidē initia nostræ dignitatis, nequaquā cōferenda his quæ per Christum, ac cepimus & expectauimus.

18 Et quod apponis erga eū cor tuum] Iunge hemistichion hoc cū sequente uersu. Sensus est, totus occuparis in homine, & singulis diebus, ac matutinis, imō per omnia momenta accedis & uides, si quid peccarit, ut sicut pastor ouē erraticā in uiam reducas, uisitando illum nō derelinquis, probando uiresq; eius explorando, pro fragilitate suā ipsum tractas, Græcus ἰ ἐπισκοπῇ αὐτοῦ ποιεῖς τὸ ὄψιν τοῦ σώματος. καὶ εἰς ἀπαύριον αὐτοῦ κριεῖς. nunquid uisitationem illius facies usq; ad mane, & usq; ad quietē illum iudicabis? hoc est nūquid die & nocte uisitabis & iudicabis? profecto non est tantæ dignitatis, ut omnem potentiā tuam in eo declarare debeas, iuste q; otes illius curā relinquere, & de seueritate uindictarū aliquid remittere. Sine igitur bonitatem & sollicitudinē dei erga nos, siue uilitatem nostram quæ non tantam meretur curā, siue utrunq; prætexat, nō parū ad persuadendū facit.

19 Quo usq; non declines me] Quomodo autē ita in solitum est iudicium tuum erga me, quare non uel paulisper declines, & aliquid refrigerij mihi uel occidendo me, concedis. Hieronymus hic annotat diuū Iob etiam synanchi laborasse, qua tumore faucium hominis halitus intercluditur, & sæpe quasi laqueo strangulatus abruptitur. Atqui non deglutire salinā pro denegatiōe minimi refrigerij accipimus: id enim sibi graui iudicio depresso negari cōque ritur, quasi dicat: maximis peccatoribus multos pœnitentiæ annos concedis nō nunquam, me autem sic conculcas, ut nec respirandi interuallum relinquas.

20 Peccauit quid faciam tibi? Sunt & hæc ueræ humilitatis, & magnæ fidei uerba,

uerba ut ab alijs in blasphemiam rapiantur. Hebræi quidā exponunt: Etiam si peccator quid facerem: sicut & Græcus legit: *ἐὶ ἐγὼ ἤμας τοῦ τί δύνωμαι σοι ποιεῖν*. Si ego peccavi quid possem tibi facere. At uerisimilius est quod deo loquens se peccatorem fateatur: nam apud homines male de se suspicantes recte famā tueretur, apud deum uero peccatorem se agnoscebat & ad diuinam misericordiam confugit, tamē si non talem se dicit, qualis à suis inascebatur. Quod si & talis esset, quid poterat facere, nonne sic magis ad misericordiam confugisset?

15 Custos hominis] Non omnino destitutus fuit à diuina gratia, qui deū seruatore agnoscit, atq; adeo per seipsum, hoc est, per Christū. Iam si est custos, Deus custos hominum.
 Resurrectio. Græcus exponit *ὁ ἐως αἰῶνος τὸ πνεῦμα τὸ ὡς ἐν* Resurrectio.
 ὁ πῶς ὡς. O tu qui scis mentem hominū: ut sit custos, quasi obseruator uiarū, quō cunctæ nostræ affectiones & cogitationes spectent.

Quid faciā] Nec æremonijs, nec sacrificijs, nec alijs meis operibus, nec tolerantia mortis meae, uel pro minimo peccato satisfacim, tua autem mihi misericordia opus est quæ peccata delet.

Morte peccata expiantur.

Quare me posuisti] Dupliā nomine miser sum, et q. tū mihi tam durus es, incurrens in me tanquā in grauē aduersariū, qui tamen uiribus tuis reuerti nō possum, & quod ego mihi ipsi onerosissimus sum. nō enim sum ex corū numero qui per malitiā peccāt, et irā tuā nō curāt pertinaces, sed malim sublatis peccatis mori, & peccata morte expiare, quā te irato, qualē nūc experior uiuere. Tu autē posuisti me, id est, in illorū grege recēsuisti: *ὑπέστη* offendiculū. Græcus eleganter uertit: *κατεντέθην*, occursum em. Idem tamen dicit: *ἐμὲ ἐπὶ σοὶ πορεύω*, Sum autem apud te onus.

21 Et cur nō tollis transgressionē] Reseruas peccatū meū, tanquā aduersarij. Beatus autē uir cuius remissæ sunt iniquitates, me miserū si mihi nō dimittitur. Tolle igitur peccatū et irā tuā, uel cōterendo me ut sic habecā quietē. Te enim irato nulli cuiquā pax est. Nisi autē iratū te declarares, quasi peccatis grandibus tam seua cōmeruissē flagella, tanto dolori per misericordiā tuā pridē succubuissem, & reductus in puluerem, inuenissē requiem, liber à quotidianis illis cruciatibus: nam licet cras diluculo redieris ad flagellandum me cum cæteris mortalibus nō inueneris.

O CAPVT